



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 101. Postrema Pii V. actio ante obitum suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A.C. 1572.
bus a Papa permissum, ut ex suis quosdam in quolibet Monasterio pro administrandis Sacramentis quosdam Sacri Pæbyteratus Ordine insignitos haberent: porro cum Joanni de Deo familiare fuisset dicere: *Benefacite mei Fratelli: eapropter ab Italis hi religiosi vulgo appellantur, Boni Fratelli.*

§. CI.

Postrema Pii V. oratio ante obitum suum.

Ciacon. p.
1005.

Pius V. cum semper intimo doloris sensu cernere cogere, quod Navarræ Regina hæreticos palam protegeret, hinc suarum partium esse arbitratur, ut Catharinam Medicæam admoneret, quatenus hanc Reginam suo privaret regno: idcirco datis ad eam literis illam, ut operi manum admoveere vellet, enixe rogavit, ubi his monitis Pontifex addidit hæc: *vel ipsa hujus regni tibi vindicandi occasionem cape, vel patere, ut nos Apostolica auctoritate ejus aliquem e Valesia Domo Regem constituamus: alioquin nobis est in animo, ea utpote hæretica condemnata, & sceptri jure spoliata, Hispaniarum Regem ad eam Regni Navarræ partem, quam Joanna tenet, quamprimum fieri poterit, occupandam inducere.*

Hæc

Hæc monita, ac minæ exinde ori-
bantur, quia Sanctus hic Pontifex pro-
be sibi persuasum habebat, quod de re-
gnis in ejusmodi eventu disponendi jus
sibi competeret.

Sæcul XVI.
A.C. 1572.

§. CII.

Cetera Sancti hujus Pontificis opera.

A dhuc firmiori fulcro, ac rationi sum-
mum hujus Pontificis studium er-
ga pauperes innitebatur; liberali enim
manu Episcoporum, qui suis sedibus
inique deturbati erant, necessitatibus
prospexit, aliis vero electionum diplo-
mata gratis concessit: insuper fre-
quens erat in lustrandis Romanis No-
focomiis, ubi sæpius etiam pauperum
pedes lavare, illorum corpora ulceri-
bus plena osculari, eos in suis miseriis
solari, piisque suis hortationibus ad
beatam mortem disponere cernebatur:
præterea soli Xenodochio ad Sanctum
Spiritus viginti aureorum millia, ac
Clericis in Seminario degentibus sex,
quinque autem millia sodalitati Beatæ
Virginis Annuntiatæ elargiebatur, at-
que amplas pecunias reponebat pro do-
tandis pluribus puellis pauperibus: cum
insuper ædificium, quod Paulus III.
pro Neophytis construi jussit, nimis ar-
ctum esset, ipse illud tam nova fabri-
ca,

Duchesne
hist. des Pa-
p. 430.